



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Corona Sacratissimorvm Jesu [Iesu] Christi Vulnervm**

**Wael Van Vronesteyn, Willem de  
Antverpiæ, 1649**

Quantus Sanctissimæ Matris dolor fuerit in paßione, & morte Filii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49125](#)

## CONSIDERATIO I.

**D**e dolore Deiparæ Virginis Mariæ in  
passione ac morte Filii sui dilectissimi  
Iesu Christi.

**S**pectaculum nunquam tristius, nunquam tristiorum Matrem, neque meliorem: nunquam miseriorem Filium, neque digniorem, nunquam homicidium Deicidio junctum vedit, & obstupuit cœlum ac terra! Merito spectaculum hoc perpendens in Calvarie Monte pius ille Belga, corde cōfracto, exanimis corruit.

**Cantipr.** Spectaculum memorabile, sed huic  
**l. 1. Ap.** non comparandum exhibuerunt Salo-  
**c. 25. n. 5.** mona, Symphorosa, ac Felicitas, nobiles  
**23. Nov.** illæ ac religiosæ matronæ, singulæ se-  
ptem filiorum, fortium æquè, & in pie-  
tate constantissimorum juvenum, ma-  
tres. Salomona, centum ac sexaginta  
annis ante Christi ortum, septem Ma-  
chabæorum mater, Symphorosa, & Fe-  
licitas,

licitas, post Christum, filios conspexerunt horrendis cruciatibus; pro fide ac vera religione, & divinæ Majestatis obsequio, generosè vitam ponere, non alio quidem doloris sensu, quam qui optimas matres decebat; ingenti tamen animi fortitudine ac gaudio, quod bona voluntate sua, eos ad Dei gloriam æternæ vitæ jam parerent, quos mortali ante peperissent.

At quo doloris sensu Deipara, filii sui dilectissimi supplicia crudelissima, & mortem acerbissimam, ac maximè infamem spectavit? Hunc ejus dolorem aliqui exiguum nimis faciunt, quasi minus doleret, quod illi de divina voluntate constaret. Alii nimis magnum, & sui impotentem, cum existimant illam in clamores, & ejulatus erupisse, & animi deliquia esse passam. Tantus tamen fuit, qui optimam tanti, & tam digni filij Matrem decebat. Nam si in Salvatoris morte petræ scissæ sunt, & terra mota, atque obductis mundo tenebris, Sol lumen suum negavit, ingensque mœror universo orbe hominum ani-

T  
mos

290      *Corona Sacratissimorum*

mos pervasit, quis dicere audeat, aut  
persuadere sibi possit, siccis oculis, cor-  
deque immoto Mariam ad cruciatus, &  
filii infandam mortem stetisse, ubi ipse

*Mar. 14.* hanc prævidens ajebat, *Tristem esse ani-*  
*v. 34.* *mam suam usque ad mortem.*

*S Iure l.*  
*eleet. c. 6.*  
*scđt. 2.*

Piè scribit nonnemo, graviora pas-  
sam Deiparam, dum in stabulo Beth-  
leemitico, parvulo suo Iesu vbera virgi-  
nea præberet, quām in extremis sup-  
pliciis Martyres: præsentiebat enim  
singulas guttas lāctis materni, quas di-  
vinus infantulus duceret, in sacratissi-  
mum ejus sanguinem couertendas,  
qui flagellis, spinis, clavis, aliisque into-  
lerandis cruciatibus, illi ex venis omni-  
bus exprimeretur; & ne guttula illi su-  
peresset, etiam mortuo lanceâ latus a-  
periendum. Quantus itaque Matris  
optimæ fuit dolor? qui judicio sancti

*Tom. I.* Bernardini Senensis, si in homines singulos  
*Serm. 61.* dirisis fuisset, vitā singulis ademisset. quia  
*Epist. ad* uti D. Paulinus ait, doloris idem gladius,  
*S. August.* qui Christo in cruce mortem attulit, Matris  
animam in ejus mærore transfixit.

CON.